



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

VII. De Acedia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

292 *Moralis Theologiae Tract. II. Peccata,*

& gaudium sit ex rationis consensu. Afflictio autem in prosperis, seu de bonis proximi tristitia est. Inuidus equidem duplii afficitur tristitia, vna de bono proximi prout per ipsum propria excellentia videtur imminui, & haec est ipsa inuidia: altera vero consequenti; nam inuidus veller nihil boni proximo illi contingere, & bonum illius saltem defiderio conatur impedire. Quando ergo ei huiusmodi bonum euenit, quia contra inuidi euenit voluntatem, contristatum & haec tristitia est inuidiae filia, non ipsa parent. Peccatum igitur hic actus est eo modo, quo gaudium in aduersis iuxta materiae quantitatem.

---

C A P V T VII.

*De Acedia.*

§. I. *Acedia.* 81. *Vidnam est Acedia?* Fastidium spiritualium rerum, seu tristitia ex eo, quod sunt res spirituales. v. g. si quis doleat, quia sit ad gratiam, ad merita, ad gloriam creatus; aut quis afficiatur tristitia, quod Sacraenta sunt gratis, bonorumque spiritualium scaturigo.

82. *Quale hoc peccatum?* Mortale grauissimum. Hinc colligo grauiter delinquere, qui vita sarcus ærumnis, deliberatè se non fuisse natum exoptaret, aut potius cum bruis animantibus adnumerari, quam cœtui hominum addici. Tamen si quis tristitia afficeretur, quod opus laboriosum implere teneatur, quod nihilominus exequeretur, mortaliter quidem non delinqueret; quia non tristatur de bono iniuncto, sed de obligatione sibi imposita ex difficilis præcepti observatione.

83. *Num directè Acedia charitati opponatur?* Non omnis opponitur; nam si quis tristetur de jejunio ex gula affectu, videtur directè contra temperantiam delinquere, peccata enim dicuntur illi virtuti opponi, cuius perfectione priuant.

§. 2. 84. *Prolem Acedia expone.* Sex annumerio, Desperationem, Sex Acedia, Pusillanimitatem, Torporem, Malitiam, Rancorem, mentis diæ filia, Euagationem.

85. *Desperatio quid?* Qua homo diffidit se finem supremum consecuturam.

86. *Pusillanitatem?* Est id, quo homo non audet diuina consilia, quæ perfectionis sunt, exequi.

87. *Quid*

87. *Quid est Torpor?* Quod negligit homo seipsum, & facere omittit, quod praecepto tenetur.

88. *De Malitia quid?* Malitia est, qua homo odio habet ipsa bona spiritualia in se, quia vellet ea non esse: aut qua hominem poenitet bene fecisse, & impleuisse, quæ efficere tenebatur.

89. *Quidnam Rancor?* Est, quo homines, qui ad spiritualia peccatorem inducunt, (v.g. Concionatores) sunt ei fastidio, & eos auersatur.

90. *Quid denique de mentis Euagatione?* Est defectus intentionis, qua rebus spiritualibus exequendis, & exercendis est adhibenda.

91. *Horum actuum exprime grauitatem.* Desperatio equidem peccatum mortale grauissimum est, cum ex consensu rationis sit pleno; quando vero solum est motus quidam imperfectus, veniale est. Pusillanimitas ex se veniale. Torpor quidem graue delictum. Malitia grauius. Rancor autem leuis culpa, nisi graue odium admisceatur, quo proximum graui malo affici desiderarer. Euagatio denique mentis notabilis mortale crimen esset, si ex culpabili negligentia exorta. v.g. si aduententer recitaturus Canonicum Officium ab interna attentione huic operi debita recederes.

---

### C A P V T VIII.

#### *Praxis circa materiam de Peccatis Capitalibus ex Societatis I E S V Schola.*

92. *Quodnam vanagloria mortale sit crimen?* Respon- §.1.  
deo ex Baldello gloriari de peccato mortali, vel ad Devana  
finem mortaliter malum, mortale esse. gloria.

93. *Licet ne gloriam & famam ob finem bonum optare?* To- Bald.  
letus assent licere optare quantum quisque meretur. Tolet.

94. *An sit ex se peccatum mortale inanis gloria?* Negatiuè  
respondet Toletus. Tolet.

95. *Predicare, aut Missam celebrare præcipue vanagloria causa, quodnam peccatum?* Affirmat Saa utrumque probabile, Saa.  
remittitque ad Sylu.verb. *Vana gloria.n.2. explicationem.*

96. *De Prodigalitate Avaritie opposita rogarim, an solummodo contra iustitiam militet?* Asserto cum Baldello, non so- §.2.  
lum peccare mortaliter eum, qui Dei legem transgreditur ritia. De Aua-

T 3 in